



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

III. Refelluntur argumenta Adversariorum. Vnicum argumentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

ceret: Verum quis non videt similia hæc esse eorum quæ leguntur tertio Eſdræ ca-  
 pite: *Plurimi etiam de Sacerdotibus & Levitis, & Principes parum, & Seniores qui vide-*  
*rant Templum prius cum fundatum eſſet, & hoc Templum in oculis eorum, ſtebant voce ma-*  
*gna.* Multi ſupererant anno primo Cyri, vetuſtiores Templi excidio: quidam ex illis  
 ad annum Darii Hyſtaſpidæ ſecundum protraxerunt vitam, qui annus à primo Cyri  
 decimus octavus fuit. Hæc ſibi cohærent, & contentanea ſunt. At Scaliger vim affert  
 Aggæi verbis: ipſius tamen expositionem quamlibet violentam ſi admittamus, at fateri  
 tamen cogetur ex opinione ſua conſequi, ad centum & quinquaginta annos, eoque  
 amplius, vitam produxiſſe Jeſum Joſedeciden, & Zorobabelcm; Eſdram etiam ad  
 ducentos annos, quod viris ſobriis nequam perſuadebit. Scio aliter iſtud comma  
 Zachariæ ab aliis exponi, ejuſque verſimilem à Petavio interpretationem afferrî; hanc  
 defendant alii, dum meam mihi perſequi liceat. Sed hæc obiter, nunc ad rem. Docent  
 libri Aggæi & Eſdræ propheticum munus adminiſtraſſe Aggæum & Zachariam, an-  
 tequam Templi inſtaurationi ſupremam manum impoſuiſſent Zorobabel & Joſue Joſe-  
 decides Pontifex maximus. Unde & contentaneum eſt quod habet Cyrillus, jam inde  
 à Cyri temporibus vaticinia ipſos edidiſſe: & fides haberi poteſt Epiphanio & Doro-  
 theo *ἱεροπολιτικῶς*, cum Aggæum adhuc juvenem Babylone protectum Hieroſo-  
 lymam veniſſe, ibidemque mortuum, ac prope Sacerdotum ſepulcra humatum fuiſſe  
 ſcribunt.

Pet. De doct.  
 temp. libr. 12.  
 cap. 24.  
 Agg. 1. 1.  
 1. Eſdr. 5. 2.

Cyriſt. libr. 1.  
 adv. Juſtan.  
 Epiph. & Dor.  
 De vit. Proph.

II. Ejus autem Libello luculentum conſtat teſtimonium in his libri Eſdræ verbis: *Probatur*  
*Tunc intermiſſum eſt opus domus Domini in Jeruſalem, & non fiebat uſque ad annum ſecu-*  
*dum regni Darii regis Perſarum. Prophetaverunt autem Aggæus Propheta, & Zacharias filius*  
*Addo, prophetantes ad Judeos qui erant in Judea & Jeruſalem, in nomine Dei Iſrael. Tunc ſur-*  
*rexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Joſue filius Joſedec, & ceperunt adificare Templum Dei*  
*in Jeruſalem, & cunctis Prophete Dei adjuvantes eos. Significantius etiam ſequenti capite:*  
*Seniores autem Judeorum adificabant, & proſperabantur, juxta prophetiam Aggæi Prophete,*  
*& Zachariæ filii Addo, & adificaverunt & conſtruxerunt jubente Deo Iſrael. Nec de ni-*  
*hilo eſt quod Sirachides ſcripſit: Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipſe quaſi*  
*ſignum in dextera manu Iſrael: nempe alludebat ad id Aggæi: In die illa, dicit Domi-*  
*nus exercituum, Aſſumam te Zorobabel, fili Salathiel, ſerve meus, dicit Dominus; & ponam*  
*te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum. Sed & iſtud ex Epiſtola ad*  
*Ebræos: Cujus vox movit terram tunc, nunc autem repromittit dicens: Adhuc ſemel, & ego*  
*movebo non ſolum terram, ſed & cælum; derivatum eſt ex his Aggæi: Quia hæc dicit Do-*  
*minus exercituum: Adhuc unum modicum eſt, & ego commovebo cælum, & terram, &*  
*mare, & aridam, & movebo omnes gentes. Et deinde: Loquere ad Zorobabel ducem Juda*  
*dicens: Ego movebo cælum pariter & terram. Præter exiguum illum prædictionum Libel-*  
*lum, huic atque item Zachariæ Pſalmum centeſimum quadrageſimum quintum ad-*  
*ſcribit Vulgata editio; adſcribunt & Interpretes Septuaginta, atque ſequentes inſu-*  
*per duos, & centeſimum triceſimum octavum. Sed de collectione Pſalmorum ſatis ſu-*  
*pra egimus.*

Probatur  
 Prophetia  
 Aggæi ym-  
 pnetæ & anti-  
 quum.  
 1. Eſdr. 4. 24.  
 8. 5. 1. 2.  
 1. Eſdr. 6. 14.  
 Eccli. 49. 15.  
 Agg. 1. 24.  
 Ebr. 12. 26.  
 Agg. 2. 7. 8. 14.

Refelluntur  
 argumenta  
 Adverſario-  
 rum.  
 Unicum ar-  
 gumentum.  
 Eccli. 49. 12.

III. Porro quod inter magnæ Synagogæ *συνέδριον* ponerentur ab Ebræis quibuſ-  
 dam, Aggæus, Zacharias, & Malachias, idcirco ex albo Prophetarum ab aliis illorum  
 gregalibus, & Iſaaco præſertim Abrabaniæ expuncti ſunt. Hanc quippe Synagogam  
 Sapientibus, non Prophetis, conſtatam fuiſſe volunt. Hinc & Daniele inter Synago-  
 gæ magnæ proceres adſcribere volentes, Prophetæ dignitate fraudare conantur. At  
 palam refragatur ipſi Aggæi, Zachariæ, & Eſdræ libri, qui hos Prophetæ titulo  
 honeſtant. Refragatur & Sirachides Eccleſiaſtici Auctor, qui cum Duodecim Prophe-  
 tarum mentionem facit, tribus his poſtremis, perinde ut aliis, titulum hunc maniſeſto  
 tribuit. Refragatur & ipſa res, cum futurorum vaticinationes, tum ipſorum, tum  
 & Malachia ſcriptis contineantur. Hujus quoque refragatur inſcriptio: *Onus verbi*  
*Domini ad Iſrael, in manu Malachia: quo Oneris vocabulo calamitatum prædictiones à*  
*Prophetis editæ affici ſolent. Itaque ab aliis Rabbiniſ repudiatur temerarium hoc*  
*Abrabaniæ dogma: & Auctor Beth Iſrael Aggæum, Zachariam, & Malachiam*  
*fuſſe ſtatuit נביאים האחרונים poſtremos Prophetas; & in Avoth R. Nathan e*  
*Synagogæ magnæ cenſu eximuntur, ſed Cabalam Synagogæ magnæ tradidiſſe*  
*dicuntur.*

Auct. Beth Iſr.  
 ad Bab. bathr.  
 cap. 1.

